



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXI. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](#)

XXI. JANUARII.

<sup>26</sup> S. Meinradus ad huc dum quinquennis, deser-  
to Comitis titulo, monasterum adiit, ubi  
Deiparæ ope doctrinam affecutus, eam cum  
Mariani cultis præceptis in alios transfudit.  
Virgini facellum struxit, coram ejus iconे o-  
rantem laceffivere verberones stygii, sed ab  
Angelis repulsi sunt, his ille sæpe collocutus  
diem obitū ab iisdem intellexit. Rambeck.  
Grande semper Mariophilos inter & stygem  
odium intercedit.

S. Meinrade pro me supplex Angelorum Re-  
ginam deprecare, ut eas mihi ingenii vires tri-  
buat, quibus ejus amorē aliis instillem. Ei cor-  
meum dedico in facellum, utinam sacrum, tu-  
ora, ut ab illa contra Dæmonis insultus prote-  
gatur. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pre-  
tiolissima! ego N. indignissimus filius tuus ex  
toto corde, omnibusque tam corporis, quam  
animæ viribus centies millies, imò infinites  
te saluto: te omni possibili &c. f.2.

Ad quod impetrandum oportunitatem  
quæram aliquid hodie ad Virginis sanctissimæ  
cultum promovendum loquendū.

Invocato nomine Matris, et si merita invo-  
cantis non mereantur, ut exaudiatur, merita  
Matris intercedunt, ut à Filio exaudiatur. S. An-  
sel. de excel. V. c. 6.

Quæstio: An pulchritudo corporis Marianī  
pulchrior fuerit corpore glorioſo? v. Vega in  
Theol. Mar. n. 727.

XXII. FEBR.